



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio Perfectionis Libri Dvo

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

VI. Reliqui duo fructus qui ex præsentia diuinæ conspectu colliguntur:
nempe compositio morum, totiusq[ue] hominis externi; ite[m] vltimus,
anonymus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

volo humilitatis, & pallio modestiæ animum
gentemque operit.

Modus hic est demerendi sibi verum Isaac,
nos in tabernaculum suum introducat, & in
carissimam sponsam, quam deinde summo a-
more complectatur, accipiat.

C A P. VI.

*Aliqui duo fructus qui ex presentia diuina
conspectu colliguntur: nempe compositio
morum, totiusque hominis externi:
item ultimus, anony-
mus.*

Sextus fructus est morum totiusque ho-
minis externi compositio. Quis enim
deat presente Rege nugari, cachinnari, infa-
mante, alium percutere, Regi aut eius filio detra-
hete, calumniari, domestico illius iniuriam fa-
cere? Quod de ieiunio D. Basilius scribit, hic
presentiæ adscribere non est alienum. Sic
enim (ait) discipuli in classe, absente magistro
placitum insolescunt, verbis & verberibus saepe
contendunt, vociferantur, currunt, omniaque
obvertunt: superueniente vero magistro, mo-
mento quiescunt omnia, vixque vnus mutire
audet: sic & homines bacchantes ante Quadra-
gimam: cuius ieiunio comparente, die nem-
pe Cinerum, sedatissima sunt omnia, bacchan-
tam voces nullæ audiuntur, sed potius pœni-
ten-

*Sextus fru-
ctus, com-
positio mo-
rum, to-
tiusque ho-
minis ex-
terni.*

*Orat. 2. de
ieiunio, cir-
ca mediū.*

*Simile.
Magistri
presentia
coercet di-
scipulos.*

Qq

tentium gemitus. Sic & homines, Dei memoria deposita, quasi absente magistro, moribus dissolutissimi sunt: qui ubi Magistrum magistrorum oculis animi conspiciunt, componunt sese, & quid dicant, quid agant, quibus motibus agantur, considerant: ne Heri reprehensione castigati, si sese non correxerint, à conspectu Domini reiiciantur. Solent vxores maritorum desiderariis placere non modo in vestitu, sed & in oculis demittendis, torquendis, dirigendis, in modo loquendi, vt seruato decore, cuiusque, quod suum est, tribuant: in gestibus vero sic habent accommodare se, vt, siue incedant, siue recedant, manus, pedesque moueant, compositio cuiusdam rationem habere videatur. Non sunt viri Deo meliores: nec minus nos vinculo Deo obstricti, quam vxores maritorum.

Sensuum cōpositio. **I.**
Oculorum. **Quomodo ergo oculos componemus? Vt imitemur seruos aut pedisequas, domini aut principes mulieres omni loco comitantissimè obseruant omnes nutus ac motus dominorum: qui si manum oculumue mouerint, statim, quid illi velint, serui concipiunt, ad audiunt, & mandatum exequuntur. Modum hunc exemplo suo præscribit Regius Prophetas. Ad te, ait, leuauit oculos meos qui habitas in caelis. Et dicitur: sicut oculi seruatorum in manibus dominorum, sic oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, miseretur nostri. Vtemur ergo optime oculis, si attendamus quid à nobis Dominus, quem**

oculis obiectum habemus, faciendum exigit. Turpe est viro ac spōso cœlesti displicet, si cuius oculi in faciem alterius defigantur: meritoque velotypiæ concipiendæ zelanti domino præbeatur occasio, qua nihilominus, (vt ita dicam) si quis alius, Dominus Deus laborare videtur, & hoc zelo teneri profitetur: oditque profanos oculos, quibus videntes vel inordinatè mouentur ipsi, vel aliis permouendis ansam præbent.

Hanc doctrinam Diuus Franciscus Fratris sedulo inculcabat, allato etiam hoc ænigma *In Chron. Minorum Gallice, li. 1. c. 34.*
Pulchra parabola de custodia oculorum.
 Rex quidam præpotens, sed pius, successiue duos Reginas legauit nuntios: quorum prior reuersus verbis tantum propositis verba reddidit, & de Regina persona plane retulit nihil: si quidem oculos cauteauerat, ne in Regina faciem profilirent. Redijt alter, & post pauca quæ ad legationem pertinebant, Vere inquit, domine Rex, vidi pulcherrimam mulierem: felicem te repuso, cui illa coniux obtigerit. Serue nequam, inquit Rex, vere impudiciam tuam prodixit: quid superest, nisi vt concludam, te prospectam impudice oculis, opprimere animo cogitasse? Priori vero nuntio ascito, Quid, ait, de Regina tibi persona videtur? Oportime, respondit: nam & patienter me audiuit, & sapienter respondit. Sed quid de forma & pulchritudine eius censes? Tuum id esto, ait, Rex, & videre & iudicare: mei muneris fuit, verba eius audire ac referre. Tum Rex, de vtroque ferens sententiam, illum palatio expulit, hunc vero à cubiculis coniecit: Ne, inquit, ille thalamum meum polluat: tu vero illum custodias. Quibus Franciscus subiiciebat:

Qq

2

Quis

Quis non deberet vereri, in Christi sponsam profanos oculos conicere? Quod D. Paulus de vxoribus & mundo statuit, sensibus externis accommodare abs re non fuerit: vt, qui habent vxores, tamquam non habentes sint; & qui vtuntur hoc mundo, tamquam non vtantur. Visum habeamus, & tactum, aliosque sensus, siimus tamen tamquam non habentes: sicque iis vtamur, tamquam non vtentes, nisi quantum necessitas requirat: velante nim internum obtutum accepta phantasmata nobisque (vt ad summum altare velum suspensum & extensum) Dei conspectum ac visionem adimunt. Nihil vero sic valet ad visum sensusque alios moderandos, quam mentem sanctis cogitationibus habere occupatam, & in Deum presentem intentos oculos retinere.

1. Cor. 7.

2.
Quomodo
loquendū.
Eccl. 20.

33. Sapienter & sensate coram Rege loquendum est: nam (vt ait Ecclesiasticus) *sapiens in rebus producet seipsum, & homo prudens placebit principibus.* Prodit se fatuum, qui sine sensu coram Principe, quidquid in buccam venit, effundit. Coram Deo quam sensate, quam prudenter nobis loquendum est! Hinc studium taciturnitatis in Patribus, qui multis annis ne verbum quidem locuti sunt, nisi confessionis sacramentalis gratia. Et sane facilius est omnino tacere, quam prudenter loqui: vnde eum D. Lacobus perfectum vocat, qui in lingua non de qua querit. Dicit quidam: *Quoties inter homines minor homo redij.* Et tamen ille ipse inter perfectos reputari merito potest. Quantum ergo nobis

Iacob 3.

Apud Th.
à Kempis
lib 1. de i.
mō. ca. 20.

nohis desciscimus dum sine modo, sine presentis Numinis intuitu, linguæ habenas laxamus: nec frenum, quod manu contrahamus, retinemus!

44. In conspectu Regum de eorum gestis, aut maiorum, sermonem institui, gratum illis est. In rebus magnificis Dei opera referuntur; nec sermo minus, quam magnitudinis eius, beneficentiæ, etiamque ab eo præclare gestarum commemoratio. *Beati qui habitant in domo tua, Domine: in seculis seculorum laudabunt te. Qui in cœlorum atriiis versari volunt, & cum Rege conuersari, eos de rebus ad eius gloriam pertinentibus loqui oportet: idque merito exigit, quando quidem iure optimo ab omnibus omnia ad eius honorem referri debeant.*

Quibus de rebus loquendum.

Psal. 83.

45. Cauenda quoque à nobis iactantia est, quasi aliquid egerimus, aut facere statuamus, postposita eius memoriæ vel auxilio. Non solent unquam Palatini coram Imperatore commemorare quidquam à se factum, etsi Rex nescierit quidem, si auctoritate aut nomine Regis fecerint, quod Principi suo non adscribant. Rex officia dedit, ipse sententias tulit, ipse noxam remisit: quia nempe eius nomine factum est. Cauendum coram Rege ne quidquam nobis attribuamus, cum sine eius gratia auxilioque facere potuerimus nihil, aut possimus in futurum: ideoque ei gratiam hominum colligamus, non nobis; ne furti arguamur, & vanæ æmulationis. hoc enim delicti genus valde noxium est. Idcirco B. Petrus, cum stupētes Iudæi cateruatim accurrerent, ait: *Cur*

In sermone cauenda iactantia et arrogātia.

Qq 3 cur.

Act. 3. current, vt viderent claudum in verbo Petri ambulans, *Viri*, ait, *Israelita*, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob glorificauit Filium suum Iesum. Gratiā ergo populi non accipari, sed Christo deferri voluit. & D. Iacobus

Iacob. 4. Ecce nunc, inquit, qui dicitis, Hodie aut crastinā ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem mercatum, & mercabimur, & lucrum facimus: pro eorum dicitis, Si Dominus voluerit. Displicet namque Deo arrogantia iactantiaque cum interna, tum maxime externis signis expressa; & arrogantior agendi modus, qui superbiā suspiciō carere non potest. Si offendantur Principes quod familiares, quæ fecerint ipsi, sibi arrogare videantur, & animos ac beneuolentiam auditorum sibi conciliare; non offendetur Dominus, qui rerum omnium auctor est, non tantum quia eius auctoritate fiant, vel nomine, quia sine ipso factum est nihil? Nihil recte ac laudabilem dignum geremus, si nostra nobis tamquam auctoribus arrogemus.


Ioan. 1. 36. In conuersatione etiam Philosophi profani multa obseruarunt. Sit sermo lenis, ait Cicerō, minimeque pertinax. Neque vero, tamquam in possessionem suam venerit, excludat alios, sed communi reliquis in rebus, tum in sermone communi, vicissim ne nonnumquam vtendum putet: ac videat in primis quibus de rebus loquatur: si seriis, seueritatem adhibeat. si iocosis, leporem. In primis prouideat ne sermo vitium aliquod indicet inesse moribus: quod maxime

Li. 1. Offic. In conuersatione qualis sermo esse debeat.

non solet euenire, cum studiosi de absentibus detrahenda aut perridiculum, aut seuerè, aut maledice inueniunt, aut de domesticis negotiis, aut de republica, aut de ariuum studiis & doctrina. Danda igitur operatur oratio. Sed quoniam in omni vita rectissime precipitur, ut perturbationes fugiamus, id est, motus animi nimios, rationi non obtemperantes: sic eiusdem motibus sermo debet vacare, ne aut ira existat, aut cupiditas aliqua, aut pigritia, aut ignauia, aut aliquid tale appareat. maximeque curandum est, ut cum quibuscumque sermonem conferimus, & vereri & diligere videamur. Ita profani philosophi in presentia Rationis loquendum esse censent, ne ab arguantur: quid Christiani in presentia Creatoris sui? Quod si officio recte obeundo detraherent, si quid libidinosè, intemperanter, iracunde, scurriliter loquantur, quanto magis reprehensibiles erunt! Hi loquuntur de priuatis negotiis, de republica, de studiis: nobis non desunt historiae quoque sacrae, infinita sunt quae de Deo, de beatorum rebus gestis, de sacris litteris, de virtutum exemplis narrentur; & si quando à scopo aberrerit, ad haec capita reuocetur oratio. Verum ad mores corporisque reliqui compositionem veniamus.

Illud sane videndum, quid coram grauibus sapientibusque viris nobis agendum foret: forte enim quisque, vel etiam deprehensus, illico sese in se recipere, quidque sibi agendum, & quid

Morum compositionem coram Deo.



qui præsens, honore dignus, exigit pro sua dignitate, cogitare,

Apud Surium tom. 3. fol. 72r.

De S. Romualdo scribit Petrus Damianus, Rainerum Tusciæ Marchionem, vanitatem mundialioquin & potentia tumentem, solitum dicere, sibi non Imperatorem posse tantum metum incutere, non vllum mortaliū, quæcumque se Romualdi terreret aspectus; ante eius quippe vultum neque quid diceret scire, neque quibus se defenderet, excusationes invenire. Habebat reuera vir sanctus hanc ex diuino more gratiam, vt quicumque peccatores, perferrent potentem sæculi, in eius præsentiam venissent, mox vt ante Maiestatem Dei territum tremidarent. Sanctus nimirum Spiritus, qui in conspectu dei in corde eius insidebat, hunc terrorem iniustitiam tentabat. Vbi ergo Deum habemus præsentem, si vere apprehendamus, docebit ipsa ratio quod tantum Domini sapientia ac dignitas requirit, vt velimus confundi.

Sunt qui morum motuumque ac gestuum præcepta tradant: quæ cum ex naturæ lege traduntur, & vero ex prima & æterna lege præceptum manent, non possunt non iusta probari. Audiamus de hisce præcepta tradentem Philosophum moralem. Cum autem pulchritudinis duo generis sint, (inquit) quorum in altero venustas in altero dignitas: venustatem muliebrem esse debemus, dignitatem virilem. Ergo & a femina removeatur omnis viro non dignus ornatus, & huiusmodi vitium in gestu motuque caueatur: nam & palmarum stricci motus saepe sunt odiosiores, & histrionum motus

Cicero Offic. lib. 1.

quorum in altero venustas in altero dignitas: venustatem muliebrem esse debemus, dignitatem virilem. Ergo & a femina removeatur omnis viro non dignus ornatus, & huiusmodi vitium in gestu motuque caueatur: nam & palmarum stricci motus saepe sunt odiosiores, & histrionum motus

gestus ineptis non vacant; & in vtroque genere, *qui sunt recta & simplicia, laudantur. Adhibenda est* *autem ea munditia, non odiosa, neque exquisita nimis,* *utrumque fugiat agrestem & inhumanam negligē-* *tiam. Eadem ratio est habenda vestitus: in quo, sicut in* *alijsque rebus, mediocritas optima est. Cauendum est* *autem ne aut tarditatibus utamur in gressu molliori-* *bus, ut similes pomparum ferculis esse videamur: aut* *in festinationibus suscipiamus nimias celeritates: quæ* *non sunt, anhelitus mouentur, vultus mutantur, ora* *inueniuntur: ex quibus magna significatio fit, non ad ef-* *ficientiam. Hæc sunt è natura deprompta.* *Adde-* *retur, quæ ab Ethnico scribuntur, à Christiana-* *ritate, qui se in præsentia Dei perpetuo versari cre-* *dit, non seruari.*

Maiores in diuinis tremendisq; mysteriis cau- *entior reuerentiaque requiritur; quam parum at-* *tendant, qui stantes oculos huc illucque detor-* *quent, variasque & perniciosas cogitationes a-* *ccipiunt, cincinnos capitis conuoluunt, barbam* *excitant, aut vtrunque diducunt, vestes offen-* *dunt, denique ibi tantummodo inciuiles ac in-* *compositi sunt, eoque tempore & loco, quo* *operari. Audiat, prosterni, lacrymari, pectora tundere,* *Philosophi peccatis veniam petere deberent. Si Deum* *in se sentem tunc non habeant, quid in conclaui* *quid in symposio, quid inter calices & maiora* *pericula facturi sunt?*

Meditationi sua quoque respondet decēs *In medita-* *que compositio. Stant quidam lubentius; tione.* *sedunt alij poplites: alij, quod corporis infir-* *mitas requirat, innituntur, aut sedent. Quid-*

Q9 5 quid

quid fiat, Deo sua debetur reuerentia, sed maxime in oratione. Nec tecto capite, aut inconcinne innitendo, vagabundis oculis orans videatur, ipsa Dei præfens Maestas, à qua infimè precibus aliquid petitur, omnino suadet. Non sic alioquin pauperes, mendicant; non sic liberi supplices Regibus porriguntur.

Qua deceant in domibus & cubiculis.

39. Rebus quoque domesticis cum mundities, tum maxime decorus ordo ac compositio respondeat, in his quæ siue corpus vestium, siue cubicula, oratoria, atque alia concernunt quæ singulis quibusque locis collocantur. Angeli plerumque leguntur in vestibus albis paruissè, tamquam o fores sordium: & in sepulchro Domini, quod Angelorum erat custodia demandatum, omnia composita Petrus & discipuli post resurrectionem repererunt. *Inuenit enim Petrus in monumentum, (ait Ioannes) linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum.* Cumque omnium quæ in cubiculis sunt, ratio magna habenda est tum lecti maxime, & quæ ad illum spectant, linteorum nihil appareat, & si fieri possit, ne ipse lectus interdum videatur, corinis tegatur: in quo cum quietis tempore degent, ea corporis compositio ac situs deligatur, qui nec diuinis oculis, nec Angelorum præfatus, sancti dum puritati displiceat, magnum enim ornamentum pudicitia est, quæ, vbi cumque conspicitur, res ipsas incredibiliter venustat atque cohonestat. D. Dominicus Romæ apud S. Sab-

Ioan. 20.

Circa lectum qua deceat

in quiescentibus Fratribus orans, ipse B. Vir- *In vita e-*
 ginum, duabus sanctis virginib. Cæcilia & Ca- *ius apud*
 tharina (quarum altera vas aquæ benedictæ, *Suriur.*
 altera aspergillum porrigebat) comitatam, vi- *Li. 2. vita*
 singulorum cubicula adeuntem, & aqua lu- *S. Domini-*
 cræ crucis signo eos consignantem, quos *ci c. 13. S.*
 inter compositos reperiebat. Fratrem vnun *Domini*
 intermisit. Causam cum ignoraret B. Domi- *pulchra*
 nus, quæsiuit ex eodem mane quid illi ea no- *visio de B.*
 tificasset. Falsus est bonus Frater aliquid in *Virginis*
 conscientia ac honestate in se desiderari potuisse: *solicite indi-*
 " *ne.*
 " *ne emigilans se nudo corpore esse repererat, "*
 " *reterequin omni culpa carentem. Ideo, inquit "*
 " *Dominicus, suam benedictionem beatissima "*
 " *ingo cum ceteris impertiuisset, te tamen di-*
 " *ata non fuit.*
 " *"*
 Septimus fructus anonymus est: ideoq; ca- *Septimus*
 nomine, quod nominari sciri que non possit *fructus, a-*
 nisi ab eo qui expertus fuerit. Si manna velis *nonymus.*
 appellare, absconditum est, & nomen nouum, quod *Manna.*
 nemo scit, nisi qui accipit. si consolationem, magna *Apoc. 2.*
 est multitudo dulcedinis Dei, quam abscondit ti- *Cōsolatio.*
 bus se, si præmium, oculus non vidit, nec auris *Psal. 30.*
 vidit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit *Præmiu m.*
 Spiritus, si vñtionem Spiritus, *Isaia 64.*
 illa non deerit vñctio, quæ sanet, quæ in- *1. Cor. 2.*
 flammæ, quæ nutriat: sanet vulnera, corda inflā- *Vñctio.*
 met, quæ nutriat: sanet desideria nutriat. Iis sane, qui sensus *1. Ioan. 2.*
 in hoc genere exercitatos habent, dicit D. Ioan-
 nes: Vos vñtionem habetis à Sancto, & nostis
 manna. & : Vñtionem quam accepistis ab eo,
 maneat in vobis: & sicut docuit vos, manete in eo,
 &

& Non necesse habetis ut aliquis doceat vos; sed sicut vinctio eius docet vos de omnibus, & verum est, & non est mendacium.

3. Reg. 10.

Hic fructuum fructus locupletissimus est. Beata dies illa, qua nos fecerit in tabernaculum suum Dominus introire, in illo manere, & frui, in eo ad finem usque perseverare. Quia inde fructus consequantur, nemo novit, nisi qui accipit; expertus cum Regina Saba potest exclamare: Vidi oculis meis, & probavi quod media pars mihi nuntiata non fuerit. Major Dei bonitas, eiusque opera, quam rumor quod audiui. Non credebam narrantibus mihi, donec ipse veni & vidi. Beati ergo illi qui stant coram Domine, semper, & audiunt sapientiam tuam. Sit Dominus Deus eorum benedictus in secula.

C A P. VII.

Ex tribus modis generalibus existentia in rebus, per essentiam, presentiam, & potentiam, eruuntur alii particulares.

40. **A**grediamur demum quod in hac vita Dei presentia questione difficultatissimum est, cum ut explicetur, tum ut in presentiam reducatur. Præsens etenim vita à futura in se distinguitur, quod beati actualiter perpetuo Deo cogitant, Deum amant, & non cogitant

Vita presentis & futura differentia.